




MANUSCRIPTA
INSTITUTI OSSOLINIANI

I. 584

584







$\frac{1}{2}$ hands

Obiectiva

112

Sitt

177

Plu

Quo

r

u

M

t

S

u

u

fo

p

l

ne

pe

III A. 31

1.

Litterae Serenissimi Regis Poloniae ad Monarchas Europae etc
1770 ex Voto Senatus Consilii ex occasione occupatarum p
Civitas Viennae Metropolitanae Berolinensium
Reipublicae Poloniae Provinciarum

Ad Sanctissimum Pontificem
Quo situ sint Res Poloniae primum intestinis dissidiis per aliquot
Annos divisa, tum demum Principum Exterorum armis oppres-
sa ac prope libere visam non est, cur ob oculos Sanctitati
Vestrae omnia preclare videnti nunciis ipsis ac fama orbem
Complentibus ponatur. Quod autem afflictis, dilaceratis, amplis-
simisq; Terris imminuto Regno Orthodoxo, non aliud sola-
tium et auxilium sit, quam in sinu Communis Orbis Chri-
stiani Parentis collocatum. Id Ego Rex obsequens Filius,
idq; Senatus Religionis Catholicae defensor strenuus, id
universa Polonia vera Fidei propugnaculum et Summorum
Pontificum Cultrix Religiosa, Paternae Sanctitati Vestrae ex-
ponimus. Tres vicine Civitates Viennae Metropolitanae, Ber-
olinensium, nulla lesi Junis sui expositione ne dum ulla vindictio-
ne. Saeculorum intervallis facta opportunitate interiorum Rei
publicae motuum usq; illius malis res suas auferri, quam

584



maximè

maxime decreverunt. Immissis proinde exercitibus, ditiones Polonica occupant, Incolas et Subditos ad fidem in verba sua iurejurando Confirmanda vi et minis adigunt. Hæc sunt Beatissime Pater eadem Clula quibus cum olim Auctoritate Summorum Pontificum Pauli 2^{di} cum Russis, Gregorii 13^{ti} cum Moschis Sixti 5^{ti} cum Universa Domo Austriaca omni jure in Polonia ditiones interposito iurejurando perpetue et in Singula Capita renunciantibus pax est constituta. ~~per~~ ~~per~~ ~~per~~ Polonia ab armis et victoriis.

Quare cum Poloniæ Regnum Sacra Pontificum Auctoritati semper obsequens, quæ nutu commodis sese amplissimis animo libenti abdicans, nunc ab iisdem supra dictis principibus vi et armis oppressum sit, ad Te Patrem Confugit, opem implorando: ut Vestra Sanctitas Christianis Principibus summam nostram injuriam ob oculos ponere, cohortationibus rationibusq; accomodatè eosdem inducere, quin Poloniæ jura salva et integra prout fuerunt hætenus, una cum ditionibus restituantur benigne dignetur.

Dederat id Divæ memoriæ Sanctitatis Vestre Decessori Clementi 13^{to} Augustissima Imperatrix Regina Apostolica

ut

V.

ut ea quae Comitibus, tum Electionis, tum Coronationis Nostrae acta fuerit, rata habuerit. Concedit Eadem Auctoritati Sanctitatis Vestrae, ut quae infauite, quod rerum concursu potius, quam ex proprio motu tam pie Principis a Regno nostro avulsa credere lubet, eadem ipsa legitimo restituendi Domino gloriosum prima velit dare exemplum. Et non despero quod precibus Tuis Sancte Pater exhortationibusq; hoc tributuram, quam bene memorem censeo, quantum Domus Aestriaca debeat Sedi Apostolicae, cuius ope inter-
*tot talia: sub Innocentio 11^{mo} Pontifice excitata: / haec eadem Polonia propria oblito periculi ad solvendam obsidionem Viennam consurrexit alacriter, fausteq; dimicavit, noncentum ab hinc Annis

O! Utinam Polonia ob receptas Provincias, Tuas possit in a-
vum decantare laudes, tum vere hic ames dici Pater. Deus Te servet dici incolumem Ecclesiae suae Regniq; mei bono.

Ad Imperatorem Romanum

Quae nuper praeter omnem expectationem infelici Regno haec cum Summa eius injuria acciderunt, in his nostris ex Senatus Sen-
tentia, ad Augustissimam Imperatricem Hungariae ac Bohe-
mia Reginae scriptis luculentius exposuimus.

Agnoscat ex illis Majestas Vestra Caesarica, quo jure Provincias nobis ereptas hucusq; possidemus, quamvis spem in Aequitate

optima

Optima Principis nos bene meriti de Augusta Clustriæ Domo,
nulla nostra culpa opprimamur habemus.

Ad sunt Tibi Augustissime Imperator cum Opibus ac potentia
tot subdita Regna, Gentesq, neq, aliud Orbis de Te auguraba:
tur circa Imperii primordia, quam quod tantam honoris fa:
stigium et tantæ fortunæ amplitudinem, magnitudine et equi:
tatis fama eras adaquaturus

Meminimus post casum illum nostrum memorabilem, cum a Sici:
liis agresti Divina ope Sanguinolentæ manus evasimus, plenæ
nos bonitatis literas accepisse, in quibus Majestas Vestra Casarea
omnem nobis Regnoq, nostro benevolentiam paternaliter testata est.
Fateor Augustissime Cesar potioremi mihi esse semper futuram popu:
li, cujus sum Res felicitatem, quam vitam meam propriam, meli:
us forsitan mihi fuisset cecidisse furoris hostium victimam, quam
post repetita toties mutue Charitatis promissa, ab Amicis Regni
meam Provincias spoliari, nosq, ipsos licet immeritos perpetue
obtreptatorum malevolentie pro scopo proponi dolentes cernimus.
Non patiatur Majestas Vestra Casarea tam graviter nobiscum a:
gi, partitissq, cum Augustissima Parente de restituenda nobis pri:
vata tranquillitate et possessione iuris placeat vobis reddere natio:
nem Colonam potius beneficiis vestris obstrictam, quam infesta:
sibi potentia memorem. Hoc Te Cesar Augustissime oro libentius
quod

5

quod existimavi esse Tibi primum adversari, timeri quod Deum opti-
mum precamur, ut Majestatem Vestram Casaream quam diviti-
sime incolumem servet.

Ad Impetricem Romanam Viduam

In Summis enim tui adventibus Constituti fidenti animo loquun-
tur, petuntq; qui innocentie confici postulata ei deferunt, cujus
spectatam integritatem diuturna prosecuti sunt veneratione. Haec
est omnis soror nostra, Majestatem Vestram Casaream Regiam
Apostolicam presentibus affando literis, scimus equidem Gentem
Polonam nullum vicinis querelarum praebuisse locum. Perspecta no-
bis sunt indubita Eius jura in has Provincias omnes, quas ab ea
nostri vicini avellant. Novimus esse Regi muneris nostri hanc
Gentem, qua nos sibi praesepse voluit, ab omni damno pro posse no-
stro tueri. Meminimus deniq; Majestatem Vestram hanc Trienna-
li Regno meruisse laudem, quod et suos sua vi beasti Imperio
et ceteros nulla laesivisti injuria, nemini bellum ultro intuli-
sti, nisi prius hostibus petita armis. Confidimus itaq; quod
et meminere Majestas Vestra, Avum suum Imperatorem
Leopoldum, cum Regnum hoc Septentrionali procella pane
oppressum ab ingruentibus undiq; malis potenti dextera defen-
derit, creaveritq; hoc tam lucri quasisse, ut Gens Polona pericu-
lorum et auxilii memor Esertoris sui nomen aeterna coleret
memoria. Illud.

Illud quoque non erit tibi Princeps Augustissima reminisci grave fu-
isse hanc Poloniae fortunam laudemque, quod illi Contigerit Eadem
liberatori suo Cui tuo Leopoldo gratas praesto vices rependere cum
Ioannes Sobiescius Rex mittendo in casus suam propriae Regni
fortunam vivit promptus et felix, ut Turcas a Regia Viennensi re-
tardet. Hinc Confidimus etiam et hoc Majestatem Vestram cequid
in mentem revocare dignaturam eisdem Provinciarum Terminos -
quos nobis una cum Sceptro Geni nostra servandos detulit, praeter
Solemne Anni 1677. Sanctionem, atque memorabile illud Oli-
vense pactum Leopoldi magni Ense et Calamo stabilitum, eos-
dem inquam terminos a divae memoriae Caroli 6^{to} Parente tuo
ineunte Principatum Augusto 8^{to} Poloniae Regi apertos et
sponsione Communitos fuisse. Tu enim Augusta illa Haeres,
cui divi illi Majores non solum nomen et vires transmiserunt sed et
initorum cum Gentibus foderum natas et necessitudines, quae a rube-
ptis Regnorum gubernaculis in emendatione corrupti Saeculi omni-
um virtutumque quarum iustitia princeps. Clarissimum hucusque Cr-
bi Christiano extitisti exemplar. Depositis itaque illis omnibus, quae no-
bis nuper dolenda evenerunt nos Poloniae Rex eorumque Regum,
qui cum Majestatis Vestrae Majoribus fadera pepigere Successor
ad ipsam Majestatem Vestram Casareo Regiam Apostolicam pro
vocamus

vocamus in tam atroci nihil quidquam tale merentis Reipublice Polonae
 case, uti Eam Principem, quae ex hereditario Jure catheriae et aeternae
 Tractatum Velaviensium et Olivicum, et pacis mentis natura neminem po-
 tes velle injusta peti. Hoc si omitteremus, obstricta jurejurando er-
 ga Gentem nostram fidei dessemus, imo detraheremus gloriae Ma-
 jestatis Vestrae, dum dubitare videremur, de integritate virtutis tuae
 quam jure merito per tot Annos Coluimus, detraheremus aequae praec-
 clare illi et Sanctae pietati providaeq; Sapientiae tuae, quae in insti-
 tuta presenti Ditionum Poloniarum avulsione introspectando fu-
 turorum. seruis otiosae. bellorum perenne oritura semina et di-
 luvia Sanguinis Christiani non possunt non exhorrescere. Deum
 per Optimum Maximum precamur, atq; Majestatem Vestram bono
 totius Europae tam diu fovit, praesertim Patriae nostrae Constantiter fa-
 ventem sospitet incolumem Majestatis Vestrae bonus Frater Con-
 sanguineus et Vicinus

Ad Electores Imperij

Quantus sit rerum Politicarum nexus, quamq; Gentis unius prospe-
 ra vel adversa fortuna in alias derivetur, non est cur ob Oculos Se-
 renitatis Vestrae ponamus. Cit possimusne vel exinde Conjicere, qm
 Serenitas Vestra luctuosam ad praesens sortem, hujus Reipublicae
 sterili duntaxat dolore prosequatur? non autem ad ferendam et
 quam

quam primum opem se etiam, atq; etiam sentiat commoveri. Pervolavit
jam universam Europam fama periculi, in quo Respublica huc venatur.
Non latet te procul dubio Princeps Serenissime Optime quod Cæsar
Vienneus, Petropolieus, et Berolinæus, inito nuper seum Consilio, nulla
prævia Juris sui prætensi denuntiatione, nulliq; ad litem, si quæ sub-
esset, dirimendam ex præscripto mutue pactionis adhibitis arbitris
Nobilissimas nobis Provincias armis occuparint, distraxerint, et e-
ripuerint. De nostra quidem Serenissimi Principes re hic agitur,
sed quæ ad universi Orbis tranquillitatem, Omniumq; Provinciarum
securitatem attinet. Opprimimus enim vero a vicinis Cæsaribus con-
tra Solemnia Olivæ, Velavæ, Moscuæ, Varavie, inita fœdera con-
tra plures, eaurundem Cæsarum de servandis in integro finibus
nostris declarationes. Si ad hanc nobiscum agendi rationem suffi-
ciat, quod retundendæ Armis fortiorum impares sumus. Quæ tan-
dem Sors manet cætera Regna, et Provincias, nemo est qui vel ex
inde non videat. Sunt Serenitati Vestræ, prout non dubitamus,
præoculi declarationes memoratarum Cæsarum ministerio No-
stro et Respublicæ mense nuper elapso porrecte nostrumq; ad
eas ex Senatus Consulto responsum. Detraheret mirum in modum
tus Sapientiæ et æquitati, quisquis dubitarit, quin vel mature
relictis iis duntaxat causam nostram et Respublicæ probes. re-
stat ut

5

ut eadem tibi cordi sit. Feras opem oppressis interpositione ejuicior
in Oculis Viennensium, Petropolitensium et Berolinensium, ut ablata nobis ex
aequo restituantur, et proinde nostris in iuribus et legitimis Possessio-
nibus relinquamus. Hoc est quod a Te praeter congruam inter
nos et Gentem tuam necessitudinem indissolubilemque negotio-
rum politicorum Europae nexum, cum Officijs Christianorum
tum ipsa humanitatis ratio poposuit. Hoc est quod nos etiam
et Respublica haec immortali gratitudine recolimus. De caetero
supremum numerum precamur, ut Serenitatem Vestram omni
solationum genere cumulatam diutissime seruet.

Do Imperatorowy Rosyjskiej

My Najiasnieyszy i Najdzierzawnieyszy Wielki Kossudar
Stanislaw August z Bozuy Laski Krol Polski, Wielki Pruski,
Pruski, Marowicki, Zmudzki, Wolynski, Podolski, Podlaski, In-
flantki, z Bozuy dopamagajacy Laski, Katarynie w torey
Najiasnieyszy, Najdzierzawnieyszy Imperatorowy, Tame
wodzierzuy Rosyjski, Moskiewskiy, Nijowski, Wolodzinski, No-
wogrodzki, Carowy Kazanski, Carowy Astrachanski, Carowy
Syberski, Pani Lwowski i Wielki Smolenskiy Inflantkiy,
Lisbandzkiego, Karelskiego, Fwenki, Luchorski, Permiski, Wial-
skiy, Bulgarcki, i innych Pani i Wielkiy Kiznie Nowego
Grodu

Grody, niższej Ziemi Czerniechowski Białoczerński, Udoński Ob-
dorski, Kandyjski i całej Pałnowi Pańi Strony rotkaruiquey Pa-
ni Sierbskiej Ziemi, Cerkawlinskich i Grudzienskich Carow, i Ka-
bardyjskiej Ziemi, Cerkawskich i Gorskich Książąt, i innych Dzia-
łtzieu, Pańi i Pracy Waszemu Imperatorskiemu Wieliczeń-
stwu Siostrze, Sądce i Przyjacielce naszej Kochanej, Nasze-
go Krolewskiego Wieliczeństwa braterskie Kochające po zdrowie
nie, Kochającej przez w dziejności, Sławę Waszego Impera-
torskiego Wieliczeństwa, tę Ci najjasniejsza Pańi nie se mo-
żby, abyś niechciata odnucać tytułu Dobroczyney, Który Ci
Polska dołąd Za doznane i spodziewane dowody nieraz chę-
tnie dala a Ty go zdawata się, przyjmowata tak mile żeś
przeto samo i osmielata próby, i stodrita dolegliwosci,
które się z zachodzących rodziły o kolicznosci zdatas się o-
brażać tym iedyńie, gelyś pozor iakiey niepoufatosci w
nas upatrywata. Poroz mowię: gdyż rzeczywisie to zawsze
w nas trwato przeswiadczenie, że byle w Oczach Twoich -
prawda stanąć mogła, byle do Twoego przedniei się Tro-
nu, Kuteznu, zawsze bytaby dla nas u Ciebie pomocad.
Za Tej powodem ied, dżis ieszere kotatai do wspaniale
go

6
go Serca Waszego Imperatorskiego Wieliczenstwa, iednego ze
mnie zdania, Senat Polski tak trzyma, że nie jest mecz da-
remna przekładać Waszemu Wieliczenstwu niewinność Kru-
wicy i sroga, nieszczęśliwość Króla i Królestwa Polskiego, w
tej penswaryi, że iak potęga, przewyższasz tyle Mocarstw, tak
Duszy dobrocia, w tym się różnisz od wielu Mocarstw, iż a-
ni nieciestes chciwa, z potrzeby, ani przy niesprawiedliwości u-
pornac. W tej nadziei odważam się, ciszej prosić Waszego Im-
peratorskiego Wieliczenstwa, abys dała miejsce do przetożi-
nia sobie wywodów i dowodów o Prawach naszych dotych
Dzierzaw, które bez żadnego od Kilkun wiekow Zawątpienia
dotąd posiadała Rzeczpospolita i że ta R. P. Polska bezemnie
być i celnie niemożęca nigdy Waszemu Wieliczenstwu nieda-
ła do urazy przyczyny. Wroczę Ci najjasniusz, że Pani u-
żyez Skronnego ucha Królowi mowięcemu z powinności
Urzędu, mowięcemu przy Stawności na Fundamencie Pra-
ktyk iasnych i niezatartych dawności, ani przerwaw
Rzeczy, ani żadnemi późniejszymi uwagami i umowami,
ale nadewszystko Królowi, którego Two Ręka wielowładna
do Tronu

Ironu prowadzita, który nam wstępując w Twoich obietnicach, w Two-
iej przyjaźni nieodmienney zakładał nays pewniejszy Osoby i
Granic Państwo swoich bezpieczeństwa Krolowi, który wolał nas,
Kniaź, swoim przyplacit Jmie Krzyżaciela Twego, a który dziś
obnażony z sposobow utrzymywania przystoynego dostojenstwa
nawet życia swego. Wiernyc po dzień dzień sam sobie nie-
chę żeby dorędy i cierpienia tego tyś się miała i mogła
przykładać. Powol jeszcze Ci raz proszę, Najjaśniejsza Pani,
pozwol sobie przelozyc wiele Polka ciepi i iak niestawnie
Amiech twoe serce sprawiedliwe, twoy umysł wyspaniaty wy-
goruż nad daleka, od Natany Twoy obłude, czyj kolwiek
interpowarany złości, niech po tak długich cierpieniach, ty
dozyci pociechy, żeby Ci wraz ze mną, narod moy cały na-
szę wykrzykna? Zbawicielka. Niech Twoja kła stanie się,
iak ow Bohaterski Orze, który to co zranil, sam ieden u-
miał zlecyc. Co wyraziwszy Czerstwego w długie lata
Zdrowia i naysmyślniejszego powodzenia Szczere przy-
iaiqym Sercem Waszemu Imperatorskiemu Wieliczen-
stwu od Pana Boga życiemy. Dan w Waszawie dnia
36.

31. Października Roku 1772. Panowania naszego 9 R. Wa-
rszawskiego Imperatorskiego Wieliczeństwa dohny Brat Saxeu
i Prusiaci.

Ad Regem Borussiae

Sapientissimum Principem latere minime potest, semper illos
recte agere, qui Officii sui memores partes ejus adimplere stre-
nue solent. Quare id non agra lateram Majestatem Vestram con-
fido, quod in Regali solio Constitutus, atq; tam muneri meo
Regio et obstricta prejurando fidei, tum peculiari Senatūs
votō morem gerens, eundem populum cui prorsum tueri, pro ea
qua possum ratione in animo Constituerim. Nulla Serenissi-
me Rex a condita hac Republica ne minima quidem in Ma-
jestatem Vestram demerita obnoxius nobis gravior accidit inju-
ria, quam cernere florentissimas Provincias, a tot retroactis se-
culis jure Polono, totq; Solemnibus pactionibus adscitas nunc
armis avelli, ipsumq; hoc Regnum ab omni sua parte mise-
rabilem in modum detruncari. Et ditiones quidem Prusiae
Poloniae, quod attinet, quae a Majestate Vestra sunt realiter
occupatae, notum est eas Majoribus nostris, ut superiora
tempora transmittam, Tractatu Velavieus firmissime eas

Sertas

asserat extitisse. Cumularis Rex potentissime, opes, fortunam, ac Potenti-
am Majorum tuorum, imo eos Claritudine nominis exsuperas. Re-
corderis illius quaso Friderici Wilhelmi luctuosissimo tempore Po-
lonia, dum ea infesta vicinorum agminibus peteretur. Attritis tot
cladibus Polonis opem tulit, depositoque generose hostili animo
defensorem egit strenuissimum, jam fama gestorum tuorum
iisdem quibus Orbis universus limitibus Continetur. Norunt
Te omnes pacis bellique artibus equasse, imo Superasse celeberrima
veterum nomina, quae fama perennis posteritati colenda
tradidit. Ego tamen hodie ad Majorem te voco gloriam, sis
in propria causa iudex equus nobis, redde, quae nostra nostri i-
mo sis aliis Auctori ut iustitiam tuam ac magnitudinem sic
imitentur, quemadmodum laudem Armorum ac Sapientiae e-
mulari student. Haec spe freti Deum in cuius manibus sunt
Regnorum vices, Regumq; corda precamur, ut Majestatem Ve-
stram cum bono populi sui, tum futuro nostro solatio divi-
suspectem seruet 24bris 1772^{oo}

Uel Regem Magnae Britanniae

Cum Communi hoc labentis Patriae nostrae periculo, nihil aliud
nobis supersit, quam posse adhuc loqui, et eorum principum

pam

pum auxilium invocare, qui in Republica Christiana potentia, opibus
 Consilio, et authoritate plurimum valent merito ad Majestatem ve-
 stram recurrimus, in cujus Persona Regia omne id quod afflictis
 opem et solatium praestare possit reperimus. Notum jam tibi est
 Rex Serenissime, quod nuper nobisum fuerunt ii quos maxi-
 me censebamus inclolere Sorti nostra et miseri hujus Regni (i-
 vili clivicio exterorum Armis peste. deniq; Concupso, vastato pene
 et exhausto, sed non erat nostris in fatis, horum satis malorum.
 Inaudita nos adhuc manebant, scilicet oportebat gentem Polo-
 nam pacis cum vicinis tantopere studiosam sine prodromo in-
 juriam denuntiatione armis invadi, nullo explicato jure occupa-
 tionis in parte discerpi ab iis qui se Amicos Poloniae hucusq; vo-
 cant. nescio an id fiat majori nostro, seu majori Omnium Re-
 gnorum damno et injuria, nos certe Poloni truncatam ditio-
 nibus suis florentissimam Rempubl: interiora Regni perpe-
 tuis peregrinorum Militum hinc inde patentium rapsientiu
 percussionibus funditus vastata. Nos subversa sanctissima vici-
 nitatis jura, atq; acerbissimum est, nos rupta nullo nostro deme-
 rito tot solemnia fœdera Olivicæ, Velavievæ, Moscoviarum 1686
 +Varsoviæ 1677. initas Declarationes 1764. et 1771. Cæteraq; alia
 lamentamur.

lamentamur. Est Europam Universam: ni pessimi exempli cladibus
Poloniae illatis tempestive mederi quam primum in Animum indu-
cat, ne tande peniteat, nostra mala, secundi injuria, tantoper pas-
sam ingravescere, meum est monere, tuam avertere. Tu enim il-
lis Imperas iidem Britannis qui memores tui in hoc Saeculo
Europa aequilibris armis et opibus suis propugnati. Nollent
scilicet divitias et sanguinem deo solum profudisse, ut nostro
exitio aliarum Gentium suaq non appropinquent pericula.
Porro si cujus ex Principibus tuam certe Rex potentissime opem
implorare meo Senatusq Nomine maximo jure possum ac de-
beo, Tu es, en Rex Gentis illius Sapientissime, quae gentem
hanc meam libertatis ac nobilitatis suae emulum ac sui ami-
cissimam coluit et redamavit perenniter, Gentis inquam pra-
clarae cujus Commercia Europa proficiua, imo necessaria ser-
vi illaesa non posse, absq Ditionum piriunq, Poloniae incolu-
mitate Angli optime intelligunt. Non igitur mente ambigua
fortunam nostram luctuosam, ac generosis pectoribus misera-
bilem Speculaberis, si Regiae tuae in me propensiones, si po-
pulorum Nostrorum fidei ac amicitiae meminervis. Jungat i-
dem amor negotia, qui corda nostra tam firmiter conju-
xit

9

At, Etq; quidem Rex potentissime pro Summa tua prudentia et
Auctoritate, quâ apud Reges Principesq; vales plurimum non gra-
vaberis ut Sanctionis Glievicæ Custos et Fidejussor causa nostra
Te benevolum, offendere Patronum, Aulicq; Viennensium Petropolitaneum
et Berolinensium, suadere ut æquitati Consulendo et in gentem Po-
lonam tot Titulis de Te optime meritam inimicæ agere desistant
Quod autem muneris nostri erit, memores Semper nos, Posteriq; No-
stri benevolentia tua Regia Deum Sceptrorum datorem pro Tua
incolumitate Regniq; tui posteritate enixè precabimur Datt die
27 Sbris A^o 1772^{do}

Ad Regem Gallie

In epistola nostra diu 18^{va} Currentis ad Majestatem Vestram data scri-
psimus, de luctuosa Republica Sata, ad quem nullo unquam in
factis Orbis memorabili exemplo vicinorum nostrorum armis a-
dacti Sumus. Tanta molis pericula, ac nostro casui, ceteris etiam Na-
tionibus metuedo, ut præsens aliquod remedium quereremus, Se-
natum vocavimus, cujus etiam accedentibus votis denuo ad Maje-
statem Vestram recurrere Constituimus, Summa quidem hæc est
petitionis nostre Rex potentissime, ut Majestas Vestra operam
suam Preciosissimam interponere pro nobis dignetur in Aulis
Viennensium Petropolitaneum ac Berolinensium, ne oblita quod Repu-
blica Polona



ratione tot pactorum debent, legitimas Ditiones Eius tam longa Posses-
sione firmatas, apertaſq; diſtrahant. Non dubitamus Rex Chriſtia-
niſſime perveſiſſe jam ad manus Majeſtatis Veſtrae tranſmiſſas
per Legatum Eius Viennae degentem, tres illas declarationes, a mi-
niſtris dictarum Cularum miniſterio Noſtro ac Republica porre-
ctas in quibus illico et jura Suaſ. necio quae ex tenebriſis re-
tracte vetuſtatis latibulis hauſta depromunt, et nullo a nobis ex-
pectato reſponſo / quod ne in Controverſis quidem cauſis eveni-
re aequum eſt / preteſſa occupare, Judicemq; ſe ſimul partemq;
agere denuntiant. Perveſiſſe quoq; putamus ad Majeſtatem
Veſtram exemplum Noſtrae diei 17bris ad eas reſponſionis.
Facile Majeſtas Veſtra pro Summa ſua Sapientia ac Re-
rum Politicarum uſu Continuo ex lectione utriuſq; ſcripti
illius intellexit, quod res de quibus Agatur ſpectent, et
quantopere Majeſtatis Veſtrae interſet, omni in id Studio in-
cumbere et periculoſi illi ad opprimeendam illam inermem ac
domeſticiſ motibus exhaustam infelicem Poloniam Conatus
quanto citius evaneſcant. Atq; hoc quidem ad Majeſtatem Ve-
ſtram maximo opere pertinere arbitramur, in cuius Perſonam

jure

jure hereditario una cum Sceptis Regni florentissimi, cura etiam
 servandi sarta, tecta pactorem Clivum, sanita ac Serenissimo
 clive memorie Ludovico 14^{to} est devoluta. Quae porro Rex Pere-
 nissime haec est nobiscum agendi ratio? Nulla dictarum Cur-
 tarum de seiv / si quae esse possunt / in Provincias Reipublicae
 Juribus, eandem nosq; amice prius Communiet, nunquam ad
 ea jura examini mutuis Conventionibus praescripto subji-
 enda, atq; pro equitate decernenda vocati sumus. Interea
 de nobis sine nobis statim Invaduntur ac occupantur
 armis nobilissima Regni Provincia, adjuvantur ad prostan-
 dum jiramentum Arbitrariis Dominis omnis Status et con-
 ditionis percussis rei novitate ac intentatis minis mise-
 ri Cives, cuncta nobis Contra? Jus Gentium et fas adimun-
 tur, atq; / ut rem paucis Complectamur / ne ita nobiscum
 levissime quidem provocati vicini agunt, quasi inter nos et
 illos nullae unquam federum pactionum humanitatis a-
 micitiae ac officiorum necessitudines catidissent. Haec reru
 nostrarum doleuda Series, ut veteribus incognita, ita fi-
 turu

tura posteritati formidanda exempla prebet. Parte Provinciae bel-
lorum praeda sine bello, hostiles armorum peregrini militis
strepitus late per Regnum diffusi, ac specioso pacis et vicini-
tatis nomine objecti, nos itaq; obederunt, ut si hec periculo-
so silentio pretereantur, nosti minime optime Rex, quæ demum
sors Regnorum omnium Incolis eorumq; moderatoribus expe-
ctanda est. Tantis jam calamitatibus ferendis imperes, propt
Deum immortalem Supremum Regem ac populorum, ar-
bitrum, maximam spem nostram in æquitate ac benevo-
lencia Majestatis Vestræ collocamus pollicemurq; no-
bis ac Republice nostræ, quod Majestas Vestra ad
avertendam ab afflictæ Patria nostræ cladem nulli ope-
ri parere dignabitur. Articuli Tractatus Oliviensis quor
tenore Majestatem Vestram Ditiones Polonicas in inte-
gro conservare, uti Sanctionis istius Custodem obstricta
esse novimus, auxilium quidem ab ea deprecari jubent,
spem autem ferendi auxilii hujus, in hoc vel maxime
reponimus

M.

#

reponimus, quod Rex Serenissime pari potentia, justitia et sapi-
entia polles, quodq; huic Nationi imperes, qua propter ingen-
tia quaedam utriq; Genti mutua caritatis vincula, cuiq; ex re-
rum suarum situ, eadem quae nobis Conducunt et obsunt, eadem
sibi, ac si danda vitandaq; habent. Hoc est quod a Majesta-
te Nestra ardentibus votis exoramus atq; cum Summa animi
laetitia expectamus. Hoc quoq; erit perenne gloriae Majesta-
tis Vestrae monumentum ac Nostrae posterorum nostrorum
gratitudinis pignus perpetuum. Interea Supremum numen
precamur, ut Majestatem Vestram quam ductissime incolu-
mem seruet.

Ad Regem Hispaniarum

Et si ipsa Terrarum situ Majestatis Vestrae Dominia longe a
Republica Polona remota esse sciamus, cum tamen Regum
Regnorumq; jubeute sic rerum politicarum nexu Commu-
nia quoddam modo semper sint negotia, certam spem fo-
vemus, quod in hoc Regni Catholici gravissimo discrimi-
ne Rex Catholicissime praesens auxilium ferre afflictis non
gravaberis

gravaberis. Jam fama periculi universam Europam pervolavit,
ab aliquot annis intestinis civilium motuum cladibus attri-
ti, atq; in deterrimum fatalis Anarchice statum detrusi spe-
rabamus non sine causa a vicinis Principibus fata no-
stra miserantibus, qui exercitus suas finibus Reipublice
admovent, malis tandem Continuis obviam in atq; deside-
ratam tranquillitatem brevi nobis restituendam. Et spei =
quidem nostrae haec Summa erat, quod et illi nos Consilio,
opibus, armisq; olim generose junxerint, et vicissim a Re-
publica hac mutuam, paremq; benevolentiam experti
essent. Sed fefellere Polonam Spem, diversa eorum Consi-
lia Quippe nulla previa Jure praetensi denuntiatio-
ne nullisq; ad litem si qua subisset, dirimendam ex
praescripto mutuae pacationis adhibitis arbitris nobilij-
simas Provincias occupaverunt, occupatasq; peremptis mi-
nisterio nostro ac Reipublica declarationibus denuncia-
runt. — Respondimus ad eas et Senatus Consulto ex-
cujus

Cujus enim peculiari sententia nostra in equitate Majestatis
 Vestrae fiducia implorare ejus auxilium constituimus. Nostra
 quidem Rex potentissime res hic agitur, sed quae ad universi
 Orbis Christiani tranquillitatem, omniumq; sceptrorum seu:
 ritatem maxime pertinere, si fide publica pactorum Oli:
 ve Velantiae, Mosuae, Varaviae foederum ab omni hostica
 vi atq; injuria prolecti, si nullius demeriti Consui, ideo tan:
 tum opprimimur, quia retundende armis fortiorum poteu:
 tie impares sumus, eandem sortem ceteros etiam manere
 extra dubium est, ubi his ingenti exercituum mole subniti Se:
 ptemtrionis Principes unitis viribus moderatricem Europa lan:
 cem in suas partes pertraxerint, Novimus Rex Catholiciss:
 me Summam Augusta Borboniorum Domus in Orbe autho:
 ritatem, novimus Majestatis Vestrae tot in Europa Regionib:
 busq; transmarinis populis imperantis opes, novimus praeda:
 ram ejus justitiam, atq; animi magnitudinem, non sinas tan:
 ta fortunae Majestate, animiq; bonis praediti Principis pro:
 summa illa, qua Domus tua serenissima in gentem Co:
 loniam semper ferebatur benevolentia, non sinas pro per:
 specta

=====
 =====
 =====

speda populi; quem gubernas prudentia, ac solertia insigni, ut Rem-
publicam prevalida vicinorum Potentia, miserabilem victimam ja-
ta atrocibus relictam a nemine defensam majore suo an nostro peri-
culo, sera defleat posteritas. Efficiet haec Majestas Vestra eo facilitio-
ri opera, quod sibi cum Augustissima Caesariarum familia et San-
guinis et negotiorum multiplex necessitudo adsit. Efficiet apud ce-
teros quod Caesariati Ejus deferre utilitatis sua peculiaris ratio
suadet et hortetur. Dum optimum maximum interea pro incolumita-
te Majestatis Vestrae precamur. Dat.

Ciud Regem utriusq; Siciliae

Esi memores Effici nostri Regi certiorum jam reddidimus Maji-
statem Vestram Literis nostris 23bris de gravissimis malis, quae
in Rempublicam hanc nullius demeriti sibi consciam ab Aulis
Viennens, Petropolitens, et Berolinens, nuper provenere, ac pe-
culiaris tamen voto Senatus habiti 15bris presentes etiam ad
manus Tuas mittimus, in quibus aequae ac prioribus magna
cum animi fiducia opem Majestatis Vestrae imploramus, ut
nobis ac Republicae intam ancipiti Casu periclitanti bene-
vole ac strenue assistere dignetur. Conantur Supradicta Aulæ
avellere a Republica nostra amplissimas Provincias, jamq; eaj.

dem

15

dem armis nulla pars sua: si quod esset: denuntiatione Contra jus
surgere Gentium occuparent. Minus hoc quod nobis dolendum videret, si
aliqua saltem culpa teneremur, nullum sane vel eorum ipsorum: a quibus
opprimimur: Consuetudinem locum quarelibet et inimicitias dedimus unquam
pacem studiose Coluimus, limitum terminos unquam violavimus, omni
vi denique humanitatis ac officii ratione certare cepimus. Neque satis
nobis erat optima Consuetudine fretis pacem benevolentiae modum a vi-
cinis nostris expectare, publica nos etiam fides firmissime ab omni pe-
regino insultu Communis debebat, quae si in privatorum hominum quo-
tidiano Comercio, multum certe inter populos, eorumque moderatores plu-
rimum valere debet, cum ei soli pax atque felicitas Orbis universi ve-
luti Cardini cuiusdam innitatur. Praetermittimus Superiorum temporum
inter Polonam Gentem, Causasque supra memoratas plurimas Sanctio-
nes atque ad recentiore tantum aetate mentem Convertimus
Quid clarius, quid manifestius Articulis federum Glorie Velaviae Mo-
scuae Vasaviae pactorum horum solemnibus sancitis in fauce totius
Europae, omnes Provincias quae nunc per vim et summum dedecus
a Republica auferunt eadem fuerant aperte et iurejurando Con-
firmatae, nostri optime Rex Serenissime, quid exemplo nostro ceteris
vis etiam: ut sunt mutabiles rerum humanarum Sortes: Principi-
bus est

44

est expectandum. Habet jam et non dubitamus Majestas Vestra declarationes
hac de re ministerio nostro ac Reipublice a Ministris dietarum Curiarum
redditas nostrumq; ad eas responsum, a quibus facile pro sua Sapien-
tia, intelliget hoc maximum atq; optimum Vicinor nostror in Provinci-
as Polonas Jus esse, quod nati opportunitatem inermes nos atq; dome-
sticis cladibus exhaustos in populum opprimere. Quod quidem malum
ne aeternum nostro Regno eveniat ex voto Senatus & 15. 8bris ha-
biti, nostraq; in peculiari equitate Majestatis Vestrae fiducia roga-
re presentibus eandem Constituimus ut Serenissime Rex Tuam
pro nobis strenuam operam interponere digneris, persuadeasq;
vicinis nostris, ne foderum Amicitiae Officiorumq; Poloniae im-
memores Eius jura labefactari, Ditiones discerni, Cives Sub-
ditosq; affligi patiant. Ceterum prosperima quaeq; Majesta-
ti Vestrae a numine Supremo in cujus sinu spes nostras ac
Reipublice collocavimus Committamus. Nihil Majestas Vestra
Christianissime Reipublice utilius praestabit, quam si opera
suam Regnorum Moderatoribus qui subjectis sibi populis justi-
tiam administrant, eandem justitiam Colere persuaserit, Deum-
optimum interea pro Incolumitate Majestatis Vestrae precia-
mur

Ad Regem Sardiniae

Quia Regum et Regnorum ea Conditio est, ut prosperos even-

tus

14.

tus inter se partiantur, nec rebus afflictis opem aliunde post Deum
expectare debeant, nisi a Coniunctis amicitia et benevolentia Principi-
bus Nationibusq. Illuc consequatur Majestatem Vestram esse qua pro-
ceteris Regibus calamitoso hoc Poloniae tempore meo et Senatus Re-
gni Iudicio quam maxime opibulari possunt. Quae Regnum nostrum
ceteris bellis tot annos liberum, dispendis vero Civibus exagita-
tum, atq. ex vastitate male ordinatae nationis acuisis nunc amplif-
simis Regionibus intra angustos Conclusum Cancellos, quae ingm-
nos premant, est Majestati Vestrae perquam cognitum. Hisce =
malis, quae Vicini Poloniae intulerunt posse a Te mederi. Dea
Serenissime, licet tanto a nobis tramite disjuncti mihi Senatusq.
Polono soadent, Cognita Orbi et Sapientia tua et comprobata
tot documentis a primoribus mihi delati Scripti tua in nos be-
nevolentia Te prudens opum Artium, et artis politicae usus
magnum fecit et omnibus Europa Principibus ita spectatum,
ut nulli etiam a Te procul degenti, quidquam mollienti non
preis etiam hoc proponendum eveniat. Quid de eo tu eris con-
sensus, quod autem Poloniam injuste discepsi iudicabis -
Confido, ut primum sub Oculo Mattae Vrae venerit impertita
Legato Tuo Vienne Commoranti, a Legato nostro apographum
dati a nobis responsi, tribus Poloniam divellentibus Oculis.

J

Id ille Legatus Majestatis Vestrae Viennae degens rem nostram
peritissimus, nostrumq; Amantissimus absq; dubio retulit Majestati
Vrae Cuncta, quae sine avertenda procella a Nobis facta tentataq;
sunt, et quantum distent a factis praemissa Vicinorum Nostrorum,
quantum diversa de illis merebamur. Haec modo sint cognita
Majestati Vrae nullus dubito quin Rex Auguste tam illustri
justitiae cultor, et tantum ubiq; proprio potens virtute velis et
possis nobis succurrere. Hoc ut efficere suscipias eritis Te exo-
ro precibus, ut non fallat spes Te adiutorem experiri deus
in casibus meis. Quod reliquum est Deum Omnium Bo-
norum Authorem precamur, ut Majestatem Vram Orbis
Christiani bono Regum exemplo, populor; subditor;
solatio Nostrumq; Auxilio quam clivissime servet

Ced Ducem Senatunq; Venetum

In tanta adversitatum mole, quibus infelix Regnum hoc premi-
tur laeraturq; post Deum innocentiae Vindicem fas est ad eos
recurere qui Vicaria ejus in terris potestate ad regendos po-
pulos praediti levare oppressos magnopere possunt. Non
est Dux Serevissime cur mala Respublica hujus domer-
stica externaq; in labefactata, ad demum, quod Summa Cala-
mitatum est, in parte distracta longiori epistola percurra-
mus

15
meus, jam enim hae classica sunt quod vicini nostri opportunitate
temporum usi immixtis ingentibus copiis nulla nostra culpa, nul-
la habita tot foderum tot partionum ratione, nullo jure, nisi am-
biguo admodum, atq; ex priscae vetustatis latebris erecto, Provincias
nostras florentissimas, armis sine bello occuparunt. Sed hoc sa-
ne formidolosum est omnibus Regnis Rebuspublicis exemplum,
atq; portasse fastis univrsi incognitum haecenus, quid inde sequi
populi prudentissima Respublica Vestra usu rerum politicarum
spectata semper, suaeq; civitate libertatis inter Confines potentis-
simorum Principum semper studiosissima optime novit. Et no-
stra quidem clades, si quem alium Vestram certe Respublicam af-
ficere maxime debet, qui parem olim injustitiam famoso illo
Cameracensium federe experti estis. Scribimus jam ad Omnes Euro-
peae Principes ex nostra Senatusq; nostri Sententia Literas, opem
eorum requirendo. Atq; mutuos olim nostros multiplicisq; cum
illis neceus, atq; praesentis mali periculum exposuimus, sic vo-
bis eadem quoq; exponimus, sed id praeculis habentes vos ut
loei, rerumq; situ diversos esse novimus a multis eorum ad
quos scribere nobis adtingit, ita etiam Consiliorum maturita-
te, et futurorum provida Sagacitate Nos ergo illi qui dum
sua tantum curare vident, silentii speculo Regnos omnium
vices

vires et eventus observant, librantq; prudenter. Nos inquam reocate
quero in memoriã, quod licet a nobis tanto terrarum tractu dissi-
ctis, in rem tamen vestrum nostrumq; fuerat, cum Decessoribus no-
stris Vladislao 4^{to} et Joanne Sobiescio Amicitiam fœderibus firma-
ri voluisse Ottomanorum potentia jam gravis majoribus nostris
suspecta fuit, nam Arma Christianorum sollicitam eandem Europã
Poloniã Casu reddere debent, nam si inermium populorum destitu-
tus omni presidio Status loco juris et æqui potentioribus est, ut
sunt fluxu rerum humanarum Sortes, quod nobis nunc eveni-
se dolemus, id ceteris etiam merito metuendum putamus. Re-
spondemus ad porrectas Ministris nostris ac Reipublice deda-
rationes Aularum Viennensium Petropolitensium et Berolinensium in qui-
bus Jura nostra illa tanquã nihil tali merenti populo injuria
exposimus, modo vestram benevolentiam imploramus, ut apud
eosdem Principes Officia Vestra interponere dignemini, liberamq;
hanc Gentem nominis vestri Cultricem Amicissimam, pro illa
qua in Orbe Christiano polletis auctoritate, cladibus Continuis
ac extremo periculo laborare velit. Ceterum precamur Deum
optimum maximo perum ut Serenitatem Vestram totamq; Rem
publicam Serenissimam omni Solationum genere cumulatam
diutissime servet. dabat; ut supra

Ad Reverend

Ad Regem Svecie

16

ut muneri nostri Regi partes adimpleremus, certiore nuper fecimus
Majestatem Vestram de atrocissimis Calamitatibus et injuriis quae nulla no-
stra culpa ac inaudito in Orbe hactenus exemplo, ab Aulis Viennensibus, Petro-
poli, et Berolinensibus perpessi sumus, nunc invito Cum Senatu nostro 28^{to} 8bris Con-
silio iterum presentibus ad Majestatem Vestram expedire decrevimus. Quam-
admodum vero in prioribus, ita in his etiam Literis auxilium Tuum. Rex
Serenissime enixe deposcimus, Novit optime Majestas Vestra suorum no-
strarumque rerum optime peritissima univexas Republicae Provincias non
periculis sine ab eadem possessos, sed pluribus tum antea illis foederibus,
tum praecipue postremis Oliva Velaviae initis firmissime eidem assertas.
Porro si haec nostra dolenda est a nomine Christiano cladem, clades,
quod tranquilli et inermes nullo dato querelis exterorum loco, innocen-
tia nostra, ac fide pactio-
num publica protecti, pluribus praeterea titu-
lis de vicinis nostris optime meriti tam gratia perpetemur. Maje-
statis Vestrae certe praetium est eam gentem tuam ac defendere cum qua
olim Serenissimus Praedecessor Tuus Carolus II. in celebri illo Olivae Con-
silio saepe perpetua sancita, Eisdem omnes Ditiones in integro Con-
servandas Solemniter promisit, manuque testatus est. Dum Commu-
nis itaque Cause auxilium Majestatem Vestram ardentibus votis vo-
cemus, non praetereundum silentio arbitramur sortem nostram et ce-
teris quoque Principibus, qui quantum nobis abreptum fuerit, tantum
politico

politiorum aequilibrio detractum in clarissime norunt. Ita certis innixa prin-
cipis, ceteris circumscripta limitibus Regnorum securitas, quibus Convulsis
Communem sequi perturbationem est necesse. Quod ne coeniat illis precipue
curandum est, qui solemnium inter Principes Gentesq; pactionum Custodes
sunt. Horum in numero Majestas Vra primas partes teneat, Speramus
Confidimusq; in aequitate Sua Rex. Serenissime, quod nulli opere parces,
ut Tuorum nostrorumq; faderum integra ratio permaneat, neq; patiens Ma-
jorum tuor sancta cum damno nostro gravissimo et totius Europa debri-
mento ideo solum infringi, quia nos Sumus debiliores. Deum interea
precamur, ut Majestatem Vram optima Semper valetudine perfici ad
Regni sui emolumentum, nostriq; Auxilium, ac Solatium quam ductissi-
me concedat. Datis 27. Ibris 1742. Varsoviae

Ad Regem Daniae

Velus inter Poloniae et Daniae Regna Coniunctio fuit, ut eadem rebus
afflictis, et auxilia et Solatia ex nostra nunc Senatusq; Sententia
queramus, quae Majores nostri Similibus eventibus libenter olim vi-
cebatur iteratis sibi praestiterunt. Non est cur Sigismundi Augusti Po-
loniae Regis tempore longius repetamus qui Fredericum 2^{um} Daniae
et Joannem Socerum Episcopus Sveciae Reges diuturnis bellis desertantes
amicitia et fadere junxit, proximiora semper sunt temporibus nostris
Stansiensis inter Fredericum 3^{um} et Joannem Casimirum faderis
commoda, quae Poloniam Svecico bello oppressam levarunt. Daniae
contra eundem id temporis hostem auxiliariibus Copiis solata sunt.

Neq;

117

Neq; hæc aliam ob causam Rex Serenissime a nobis memorantur nisi ut Ma-
jorum Opibus grata colentes memoria ab eorundem posteris famâ gloria
opibus et armorum robore longe præstantibus difficilimo hoc Polonia tem-
pore solatium aliquod et auxilium obtineamus, premimur potentissime
Princeps armis, diripiuntur amplissimæ res avulsione antiquissimis et
quissimog; jure asertis, pellimur possessionibus neq; aliam ob causa
tantis cladibus afficimur, nisi quod viribus et lacertis pares non sumus,
æquitate innocentia cultis Sacrosanctæ fœderibus Superiores, his malis con-
diq; ingruentibus, ut quis alius post Deum obicem ponere qui misere na-
tioni opitulari valeat, præter terra marig; potentes, æquitatis Cultores Prin-
cipes, eosdem verò antiqua benevolentia conjunctos non est sperandum
Quamobrem spe non dubia erigimur Majestatem Vram cladibus no-
stris motam, offensam jure et vel ipsa fœderis violatione, quor; Reges Cu-
stodes et defensores divinitus sunt Constituti nostram causam Commu-
nem habituram acturamq; cum Aulis Viennæ Petropolitæ et Berolinæ, et
injuria avulsa nec ullo querito bello legitimo Polonia Dominio restitui
ant. Sit tunc gloriæ datum, ut præse a potentioribus Succurreudo Polonia
vindictis et defensoris inermium populor; nomen serâ posteritæi transmittat.

Ad Regem Lusitanie

Innotuit s; credo; jam pridem Majestati Vre Fidelissima quid sibi
et Aule Viennæ Petropolitæ et Berolinæ in damnum Republicæ Polonæ
militum factionibus unite agendum Constituerint præstiterintq; Nunc
habito nuper ad quarendum publicis Calamitatibus remedium Senatibus
confulto

Consulto Constitutum Majestatem Vram rogare curavi, ut pro Communi Re-
gum Regnorumq; causa Officio Sua apud Casdem Aulas interponere velit
Non Tibi quavis persuadeat Rex fidelissime regens illa tenar longinquitat,
quibus Regna hae nostra inter se dividunt, ut parum curare videaris
ad ultima occidentis littora Constitutus quid premat Orientem, novit o-
ptime Majestas Vra quod tam arcto inter se nodo universae Europae nego-
tia Conjuncta, ut nullum omnino Regnum damna pati possit, quin a-
lia etiam eodem ictu plus minusve commoveant, commercii affinitati-
bus negotiis unimur, quibus nihil in periculum. Quod si nulla inter nos
Regnorumq; Altit Vra necessitudo esset, quicunq; Principum, ut tu Rex
Fidelissime, generosum pactum habet, indolere sane debet casibus no-
stris Regniq; olim florentissimi acerbis vicibus ingemiscere, nonne e-
nim illud perpetua cum vicinis ab insultu, non bene incita ab injuriis
non sacerrima mutuoq; fœderum placita avi defenderunt. Invadimur
discerpimur, occupamur, et quidem ab iis qui nobiscum perpetua
amicitiam ac fidem colere tum per se tum per haecessepsores suos
interposito jurejurando promiserunt. Testis est horum responsio No-
stra ad declarationes dictarum Aularum, in qua et jura nostra expo-
scimus, et indebitum nostrum agendi modum Confisi innocentie nostra
et bonitatis Summi Regum Judicis Dei offendimus. Quae quidem re-
sponsio nostra cum per Legatum Altit Vra in Vienna Ulisiponnevum
transmissa, ^{die} precesq; nostras repetimus, rogamusq; iterum atq; iterum
Matrem Vram et cause illa nostra apud dictas Aulas petitionem
bene

benevolam agere non gravetur

Ad Federatos Belgii Ordines

18

Non est opera pretium Ordines potentissimi innoctam Annalibus universi ma-
lorum Reipublice hujus Originem ac Seriem longioribus literis prosequi vide-
tis ea vos hoc Saeculo ingeniorum morumq; cultores potissimum videt Orbis
Christianus, Casibusq; nostris de suis etiam fortunis anceps. Condoluit, inho-
ruitq; Secebamus finibus terrarum nostrarum Contenti, ac proster tot Sanctorum
paucionum fidem publicam etiam innocentia nostra ac benemeritorum Con-
scientie dypeo protuti, nulla cum vicinis nostris federa rupimus, pacem
cum illis studeose Coluimus, interea jam grassantis pestilentiae, jam suor-
limitum tutela, jam Compescendorum motuum domesticorum Specie, Provincia no-
stra Nobilissima terni Exercitus hostilibus Armis occupant, distrahunt, en-
puint. Sed sortem nostram luctuosam Sterili dolore illi deplorant, qui-
bus nulla nobis sumus: si tamen in hoc indispensabili rerum Europa politi-
canem nexu nulla esse potest: fuit unquam necessitudo. Vos autem Pot-
tentissimi Ordines, Vos veterum rerum publicarum, quibus in antiquiori
tempore terra manq; opes suas Concrediderunt, amuli, eandem opem,
quam sepe olim perilitanti huic libero populo nostri vestriq; Com-
di memores praestitistis, nunc etiam praestabitis. Meminimus quan-
tum pro restituenda tranquillitate Regno huic ferventibus Sociis sub
Sigsimundo 3^o Episcopo, Filio Joanne Casimiro bellis laborastis. Recolimus
grato Animo Shenuam a vobis collatam operam ad firmandum inter nos
Domumq; Ottomanorum fœdus Carovicum quo Respublica haec Authoritate
vestra

vestra submissa veteres suas in Podolia et Ukraina Possessiones jure suo i-
terum aperuit. Si Leone apud Fidei Nostra aversos tantum valuit intercessio
vestra, ut postea bello parata restituerent, quid non sperandum, vos effecturos et
Christianos Principes ad ea nobis redeunda exhortabimini, quae sine indi-
cto bello sine presenti juri expositione occuparent. At tot Saeculis mutua
ingentium Commercij peculiaris ratio arctissime nos Conjunct, vos agrorum No-
strorum fructibus ad Comoda Vestra, Nos vestra et transmarina a vobis
transvectas mercium usu perfruimus. Cogitate futurum rerum Vestrarum
discrimen si Potentissimis Principibus a nobis discreti, nutui eorum
inseruire debebitis, Vistula, Bugus, Sanus, lateris portusque amnes quo-
rum Adminiculo multiplex Dantisci habebat Commercatus, in aliorum
nunc potestatem, vel toti seu in parte devenerunt, eorum Arbitrio de-
stimabunt. Res Nostra Vestraque pari utriusque Gentis dispendio et in-
commodo. Nolite quaeque speciosis utilia futura presentibus post habere
nullam a Polonis injuriam hactenus conquesti estis, multa imo am-
icitiae Polonorum documenta experti, jurate ergo aeque veteres amicos non
vero novorum spe promissorum allucere conantes sed Constanti et diut-
na fide de vobis bene meritos. Quod si nulla inter vos Gentemque
vestram necessitudo habent, Officij tamen Christianorum, imo hominum
memores efficere debetis, ne populorum istum tranquillitatis studio
sum Tractatibus Velavienis, Olivienis, Moscuani, Narjavienis, totque vici-
norum de servandis in integro finibus Nostris declarationibus in sui
juribus, Possessionibusque munitum, nullo in finitimos suos deme-
rito

#

rito notatum vis peregrina, sola augendarum elitionum cupidine sti-
 mulata, sine bello armis, sine defensore, ipsa felicitate opprimen-
 eli delacerans nobis Cladem inferat, ceteris meditatur. Novimus ve-
 stras opes, Potentiam et Auctoritatem in Orbe universo plurimum
 valere ut possitis. Novimus quantum pro libertate Ditionibusq;
 Vestris tutandis laborastis, ut libero etiam populo Suppeti-
 as ferre velitis. Sunt vobis Cordi mala nostra, forte quibus
 opem afflictis interpositione Officionum in Aulis Vienne, Petro-
 polineas et Berolineas ut ablata nobis ex aequo restitu-
 ant. Erit hoc vestra in nos Amicitiae. Vestriq; de genere ho-
 minum bene meriti perenne monumentum. Interea De-
 um precamur, ut vos Omni Solatione genere cumulatos dia-
 tissime incoleme servet.

Dabatu Varaviae 27bris 1772. Regni Nro 9^{mo} A^o



[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

